

- omnia iidem pertinente in integrum Auripert pictori'. Ita refert Ermipert in charta a. 763, Febr. 16; v. infra. **265**
- Aistulf rex ordinat 'per cartulam firmationis' Ermipertum, fratrem Auriperti pictoris, 'in eccl. et monast. S. Petri'. Ita refert idem Ermipert in charta laudata. **266**
- Aistulfus rex confirmat per rogum Desiderii postea regis iudicatum (i. e. testamentum) Auriperti, quo xenodochium instituerat. Sic refertur in iudicato Ticinensi a. 762, Mart. — Aug.; v. infra. **267**
- Haistulfus rex donat monasterio S. Mariae (Farfensi) 'casalem unum, qui pertinet ad curtem Germanicianam'. Cuius rei praeceptum citat et confirmat Theodicius dux Spol. a. 766, Jun. **268**
- Astulfus rex donat Desiderio postea regi fundum intra Brixiam civitatem situm, in quo postea coenobium monialium S. Salvatoris exstructum est. Ita refert Adelchis rex in praecepto a. 766, Mart. 3. **269**
- Ticino. Aistulfus rex iudicatum facit inter monasterium S. Vincentii Vulturense et Alachisum. Ita traditur in charta convenientiae chronici Vultur. a. 766, Jun. **270**
- Haistulfus rex donat Pandoni habitatori civitatis Reatinae pro servitio eius quaedam praedia. Ita refert ipse Pando in charta a. 757, Sept., no. 286. **271**
- Aystulfi regis praeceptum, quo coenobio Casinensi 'possessiones apud Liguriam constitutas concesserat', citat Leo Ost., Chron. Cas. IV, 18, MG. SS. VII, 770. **272**
- Haistulfi regis praeceptum donationis ecclesiae Placentinae datum citat Ludovicus I. imp. a. 820, Apr. 27. BR. 329; Sickel 154. **273**
- 751—756.
- Scauniperga cum Liutprando, filio suo, duce Beneventano confirmat praecepta Godeschalci et Gisulfi II. ducum, quibus servi tres monasterii S. Benedicti Beneventani liberi constituti erant. Ita traditur in iudicato Arichisi II. ducis a. 762, Aug. **274**
- Per iudicatum Scaunipergae et Liutprandi ducum Benev. monasterio S. Vincentii Vulturensis res quaedam a Gisulfo II. duce ereptae restituuntur. Ita refert charta chron. Vultur. a. 766, Jun.; v. infra. **275**
- * — Epistola ficta Stephani V. papae vel Paulini archiepiscopi Foroiuliensis, qua Haistulfus rex admonetur, ut propter uxorem sine causa occisam poenitentiam agat. Ex codd. Guelferb. et Vaticano ed. Waitz, N. Archiv I, 422.
756. Ind. 9— Spt. 1—10; Aistulfi a. 7— Jul. 3—8.
- Jan. 1. Romam aggressus Aistulfus rex cum magno exercitu urbem obsidere incipit. Ita refert Stephani papae epist. Cod. Carol. 8 ed. Jaffé, Bibl. IV, 44; cf. Oelsner p. 445.